rū modo horū modo illorū esse & trāsmutare idētidē oportet dominos si hæc & huiusmodi ex sublimi hoc loco illis clamabo. nōne existimas uitæ admodū utile: multoq; sapientiores futuꝛ. Mer. O fortunate Charon nescis quāta sit illis ignorantia: quantus error: ut ne terebella quidē eorū aperire aures queas: tāta illas cera cōcluserūt quāta sociorū aures Vlysses syrenū metuens dulcis cantus. Vnde igit̃ illi si rūperis etiā clamans possent audire? Quod lethe apud nos apud homines ignorantia potest. Sunt tamen ex ipsīs pauci qui aures cera non occluserunt: ueritati acquiescūt & res humanas acute perspiciūt: atq; quales sint haud faciunt pili. Cha. Illis igitur exclamemus. Mer. superuacuū & hoc: ut illis quæ optime norint inculces. Nonne uides ut abstinentes multa quæ fiunt derident: & nequaquā eis placent. Sed certū est eos secundum nos de uitæ curriculo iam consulere. Habentur enim odio ignorantiam eorū coarguētes. Cha. Euge o generose. Sed per pauci o Mercuri. Mer. Sunt & hi multi. sed iam descēdamus. Cha. Adhuc unum scire cupio o Mercuri: cū illud ostēderis a te mihi cumulatissime satisfactum fuisse fatebor. Vbi nam corporum apothecas effodiunt scire uelim. Mer. Monumenta o Charon & tumbas tumulosq; & sepulchra hæc uocant homines: uerum tamē cernis ne ante urbes aggeres illos ac statuas & pyramides? Mortuorum Thecæ sunt omnia & Sarcophagi. Charon Quid igitur illi coronant saxa atq; unguento illinunt: Quid uero ante tumulos structa pyra foueaq; effossa: lautas ibi adolent cœnas uinum effundentes ac melicratum. Mer. nescio o Charon qd̃ p̃sint hæc iis qui descenderūt ad inferos: Sed credunt eas animas circunuolantes nidorem uicti

max̃ fumumq; delibare: & a fouea bibere melicratu; Charon Illos bibere & comesse qui ossa sunt sicca & per arida ridiculus sane tibi uideor ista commemorās qui quottidie agas eorum animas. Nosti enim an qui semel sunt sepulti redire ad superos queant. Præterea ego o Mercuri q̃ plurimīs negotiis impeditus cachino diga perferrem si me nō semel illos sed iterum deducere oporteret. O stulti qui ignoratis quid iter mortuos uiuosq; intersit: & qualia sint ea quæ nos habemus: & q̃ Nil inhumatus eo differt quirite sepultus. Atq; eadem atridæ & fortuna binominis hyri: Non est deformi Thersite maior Achilles: Aequē imbecillum miseris caput omnibus: æque Nudi omnes: arent herbosa ut prata colore. Mer. Optime Homerum adducis o Charon & quia id meministi sepulchrum tibi Achillis ostendam uidesne illud in litore apud Troianum Sigeum? e regione uero in rheteo Ajax sepultus est. Charon Iparua illa quidem sunt o Mercuri sepulchra. Sed iam celeberrimas urbes: quas audimus ostendas mihi uelim & quæ nini fuit: quæq; Sardanapalis: Babylona: mycenæ: cleonæ: ipsamq; Iliōn: per multas equidem memini ut qui decē totos ānos trāsfuectari illic ad nos p̃fectas animas ut nō modo nō discedere unq; sed ne sentinā qdē exhaurire potuerit. Mer. Nini qdē oportitor deleta ē penitus: ut ne uestigiū qdē appareat neq; locū ubi nā fuerit possis ostēdere. Illa uero est Babylō bene turrata ac muris cinctā q̃ latissimis: uerū: & ipsa paulopost (ut Nini) penitus delebitur: Mycenæ uero cleonæq; pudes ostendere: atq; illium maxime suffucabis scio cum descenderis Homerum. qui urbes istas ita illustrauerit carminibus: uerum tamen olim fuere illæ foelices: Nunc & ipse interie /

re nam ipsa quoque urbes o portitor ut homines pereunt: & quod uix credas flumina etiam omnino extinguunt: Na Inachi ne alueus quidem relictus est apud argos. *Phapæ* gomer hisce laudibus & nominibus sacra Ilios & lacinia beneque edificata Cleonæ sed dum loquimur qui sunt illi qui bella gerunt uel quæ ob eam se inuicem interficiunt mutuisque uulneribus? *Mer.* Argiui & lacedæmonii sunt o. *Charon:* Ille uero examinatus ac semi mortuus est *Ochryades* imperator qui suo nomini trophæum ascribit. *Cha.* Qua re est inter ipsos bellum o *Mercuri?* *Mer.* Propter capum ipsum in quo preliantur: *Cha.* O summa dementia o stultissimos homines: o cæcū humanū genus. Nesciunt miseri quod si totam ipsorum quisque possideret peloponesum uix pedalem acciperet ab *Aeaco* locum Campum uero ipsum alii atque alii sæpe colunt agricolæ qui funditus trophæum aratro euertent: *Mer.* Ita quidem hæc futura sunt o *Charon* nos uero iam descendamus: montesque destruentes rursus in locū suū transmitemus ac abeamus: ego quidem quo missus sum tu uero ad porthmeum & cymbā ueniam aut paulopost & ipse agens mortuos: *Cha.* Fecisti probe o *Mercuri:* sane tuū hoc in beneficium nulla unquam delebit obliuio. Didici enim te duce quales sunt res in foelicium hominum ostendisti reges. lateres aureos: solēna sacrificia pugnas Sed de *Charone* nullus unquam sermo.

Luciani Diogenes locutores: *Dio.* *Alexan.* *Dio:*

Quid hoc o *Alexander:* & tu quoque e uita migrasti quemadmodum & nos omnes *Al.* Miraris o *Diogenes* haud quam admiratione: si homo cum essem mortuus sum *Dio.* Ammō igitur mentitus est te quum suum esse filium fateretur *Al.* Equidem *Philippi* sum perfectio. non enim e uita decessissem si *Ammō* is fuisset filius: *Dioge.*

Quippe olympiadē in tubiculo draconem conuenisse asseuerabat. Inde ex ipso te peperisse *Philippum* uero summo pere decipi cum putaret te suum esse filiū. *Ale.* At egomet eadem audiui sicut & tu. Hac uero tempestate perlucide intelligo & nihil sani neque mater ipsa: neque ammonii uates profitebantur. *Dio.* Sed ipsorum mendaciū nō inutile tibi ad res gerendas fuit o *Alexander* deterrebantur enim quam plurimi te deum esse putantes: dic mihi amabo: cui tam ingens reliquisti imperiū? *Ale.* Latet me o *Diogenes:* quum circa hæc cogitare nihil potuerim propter id solū quod moriendo perdicæ anulum tradidi. Sed tu quæso cur rides o *Diogenes?* *Dio.* Quid autē aliud est quam quod in mente deuenerunt: quæ graeci (iā nō diu est) blandientes egerunt quum te praesidē: & aduersus barbaros imperatorem deligerent. Quidam uero & te duodecim diis quum adderent templū edificarunt ac sacrificia tanquam draconis filio obtulerunt. Verum dicas quæso qua in parte te *Macedones* sepelierunt. *Alex.* *Babylonia* iaceo tres modo iam dies. Sed *Ptolomæus* armiger meus pollicitus est si cōtingat ab impediēte cum tumultu ocium ducere: me in ægyptū deferre: ibique accurratissime sepelire tanquam unū ex ægyptiorum diis. *Dio.* Non igitur ridebo o *Alexander* quum cernā te in inferno adesse: & adhuc insanire sperareque *Osiridem* aut *Aminidem* fieri? Sed hoc idez o diuinissime ne speres cum ne phasit & illis qui semel paludem transfretarunt ut redeat aliquis aut qui infra ipsius os transferit. Non enim segnis est *Eacus:* nō *Cerberus* cōtēendus: uerū ego id abste perlibētissime audire quo aīo fers te quum intelligas tantā in terra reliquisse foelicitatē corporis custodes defensores: milites: auri tantā copiam: te gentes innumeras uenerantes *Babyloniā:* *Bactras:* ingentes bestias honorē: gloriā isignē esse: ac opera summo

studio dante: ut & tuū caput splendida corona & corpus re-
gia porpura ornatur. Nōne tristant te hęc quū in memoriā
redeūt cur fles o stulte. nōne Aristoteles ille sapiēs teres hu-
iusmodi docuit: nō firma: nō stabilia fore quę fortuitu sūt
Ale. Sapiēs ille oīum q̄ fuit adulatorę perditissimus. Me tā-
tū mitte quę Aristotelis sunt scire quę a me poscit quę iu-
bebat: quo adhuc pacto erga disciplinā meā usus est diligē-
tia: & cōmēdās & blandiēs nūc quidē ex fortuna tanq̄ ipsa
pars summi boni existeret. nūc autē ex rebus gestis aut diui-
tiis quę rursus & partē summi boni eē affirmabat: ut & ipse
met accipiēdo nō erubesceret. Homo o Diogenes decep-
tor atq; ueneficus: nempe nisi tristitia; ex eius adeptus sum
sapientia quē admodū ex bonis illis quę deinceps ego apd̄
me nō cōnumerabo. Dio. Scias deniq; uelim qd̄ acturus sis.
Medicinā enim huiuscemodi tristitia; imponā. hoc in loco
quū eleboris ualitudo nō uagetur. Tu uero obliuionis aquā
diripiens q̄ auidissime bibe: & rursus bibe: & q̄ sēpissime
hoc. n. pacto de aristotelicis demū bonis quam habes tristi-
tiam maxime interimes. Ceterę & Clitū illum: & Calistene;
cerno: qui & quibusdā cum aliis in te impetū ferunt: quo te
in primis lacerant: ac de his quę in eos egisti ulciscant̄ quā-
obrerē alterā tu hęc uia deābula & sēpe quē admodū dixi bibe

Luciani Terpsion locutores. Terpsio Pluto. Terpsion

Vstū ne hoc est o Pluto me qdē e uita obiisse. xxx.
quū sim anno; Tucritū uero senē septuagenariū;
& ultra adhuc uiuer? Plu. Iustissimū quidē o Ter-
psio: nam & si ipse uiuit ad nullius tantū mortē affectus est:
tu uero omni tempore suā hereditatē expectans eum mori
auidissime cupiebas. Ter. Nonne opus fuerat quum senex
sit nequeatq; de cetero eius uti diuitiis locum dare iuueni-

bus. Plu. Nonas o Terpsio statuis leges quū ad uoluptatē
diuitiis uti nequeat ipsum e uita decedere. Aliter at̄ & ipsa;
sortem de eo & nostrā statuisse uidef. Ter. Hac de causa hu-
iuscemodi accuso ordinem. opus. n. foret eas res successio-
ne graduq; fieri: senem primo: deinde qui in ea ætate seque-
retur mori: haud quā se exercere aut uiuere ex senectā po-
test: tres dumtaxat dentes illi relictī sunt: uix deseruiūt ocu-
li curuatus a quattuor famulis deducitur deguttantes nares
lipposq; oculos habens: nihil deniq; uoluptatis degustans:
haud aliter existens q̄ animatum quodam sepulchrum ab
ipsa iuuentute derisum. Ut moriatur optimi atq; robustissi-
mi adolescentes haud secus esse uidef ad si flumina sursum
deferantur. Aut saltem scire necesse foret quādo & senibus
quilibet obiret ne aliquos prout eis mos ē fallerent: qui ppe
in p̄sentia est illud prouerbii ut aiunt. Quadriga bouem sē-
pissime ducit. Plu. Hęc quidē o terpsio prudentius fiunt
q̄ tibi profecto uideantur: uerū & uos quis passi estis? rebus
enim alienis gaudetis dum senibus filiis orbatis uosmet tan-
topere tradatis quā obrem in derisum adducti ab illis sepeli-
mini: q̄ qdē plurimis sit periucūdū. Nā q̄to uos magi smori
illud pop̄tatis: tāto plus oibus q̄ gratissimū ē si añ eos uos
mori cōtigat: & n. nouā quādā in mediū adducitis artē uetu-
stos atq; decrepitos quū amatis p̄fertim qdē si liberis sunt
orbati: q̄ uero liberos habēt illo; uobis nō est cura: q̄ q̄ ex
his qui amāt plurimi minime uero ignari astu si eis liberos
esse contingat: illos odisse dissimulant: ut & ipsi habeant
amatores. Inde his in testō exclusis qui munera diutissime
obtulerunt liberi sicuti qui seculo dignum est omnem eorū;
substantiam consequuntur. At illi tristitia affecti: suaque
spe delusi dentibus fremunt: Terp. Omnia hęc uera sunt:

quæ autumas ex meis quanta tucritus quū semper eū mori
putarē. Introducebat enim me dum in angustia positus eēt:
atq; sub uelamine quodā tanq̄ ex ouo pullus imperfectus
gratulabat. Vnde quanto citius eū ad sepulchrū duci existi
mabā tanto plus mea me fallebat opinio: quū semper ma
gis se differre pararet & ne ii qui amore cōcurrebant mune
ribus me p̄claris uincerent plurima sollicitudine excitatus
iacebā singula enumerās atq; cā mei fuerūt interitus. Is tan
dem adeo mihi hamū dilacerantē impressit: ut prius me de
ridens sepulchro traderet. Pl. Euge o Tucrite diutissime ui
uas una & diuitiis abundans: & huiuscemodi hoies deridēs
neq; prius moriaris q̄ hos blanditores cūctos p̄mittas. Ter.
Hoc quidē o Pluto piucundissimū mihi foret si ante Tucri
tum Careados uita decederet. Plu. Boni animi sio Terpsio
& Phido etiam: & Melāthus: & oēs penitus ipsum p̄cedēt:
& ipsismet ut p̄diximus curis. hæc ego summopere cōmen
do o Tucrite diutissime uiuas.

Luciani Hercules. locutores. Diogenes Hercules. Diog.

NVnquid Hercules ipse est: haud quisq̄ me hercu
le alius arcus claua pellis leonina: magnitudo ipsa
totus deniq; Hercules est igitur e uita decessit qui
Iouis fuerat filius? dic quæso o præclarissime mortuus ne es
Ego enim quū terræ superessem tibi haud secus q̄ deo sa
crificauit. Her. recte q̄ppe sacrificasti: Hercules. n. ipse i cœlo
una cū diis imortalibus cōsistit. Ebē apud se habēs crurib⁹
formosissimam. Ego uero quite alloquor suam umbra.
Dio. Quidnam dicis amabo umbra ipsius dei. Her. Fieri. n.
potest altera eum ex parte deum esse. Altera uita decessisse
Dio. Vtiq; Her. Ille enim nequaq̄ mortuus est. Sed ego dū
taxat: qui sui sum imago. Dio. Perpendo nunc peroptime

te ipsum pro sua uirili parte Plutoni tradidisse. Her. Sic res
se habet. Dio. Quo pacto igit̄ calidissimus quū sit. Aeacus
te eū nequaq̄eē n̄ nouit. S; admisis tāq̄ subductū Hercule?
Her. Q̄m sibi su; perq̄ similis. Dio. Vera autumas. nā ita p̄si
milis: ut ille ipse sis. Caueas igit̄ ne cōtra sit: tu qdē Hercu
existas. Imago uero apud deos immortales Ebē in uxorem
duxerit. Her. Audax nimiū es atq; loquax: & nisi ab argutiis
quas in me intulisti desinas: senties q̄ primū qualis dei ima
go sim. arcus enim nudus est atq; paratus. Dio. Cur autem de
cetero te timeam quū semel mortuus sis. Sed per tuū Her
culem dic quæso: dum ille uiuebat eras ne una secum: & tūc
imago existens: aut unus quidem eratis in uita postea quaz
e uita decessistis seperati: ille quidem ad deos immortales
aduolauit. tu uero umbra ut dignum uidetur ad inferos ad
uenisti. Her. Et si fas equidem foret nequaq̄ responderi uiro
sophistice percunctanti: attamen aures quoq; ad hoc porri
gas. Quicquid enim Amphitrionis in Hercule erat id ipsu;
morte affectum est: quod nempe ego sum ut dixi totū. qd̄
autem Ioui attineret est cum diis immortalibus cōstitutum.
Dio. Perspicue nūc intelligo. Autumas. n. eadē uice Alchme
nam duos peperisse Hercules: unū quidē ex Amphitrione:
alterq; uero ex summo Ioue: ex quo factū est ut gemini unius
matris utero lateretis. Her. Nequaq̄ o insane: idem profecto
ipse erramus ambo. Diog. Neq; adhuc ad intelligendum id
facile est: duos Hercules in unum esse compositos: nisi quis
diceret uos tanq̄ ippocentaurum in unum fuisse copulatos
hominem uidelicet atq; deum. Her. Nōne sic tibi homines
componi uidetur animo & corpore? unde quod prohibet
animum quidem ipsum ex summo Ioue natum adesse cœ
lo: me uero mortalem ad inferos aduenisse. Dio. Vtiq; elegā

ter hæc diseruisse si corpus hac tēpestate esses: sed incorpo-
rea es imago. itaq; periculū est te triplicē iam fecisse Hercu-
lem. Her. Quo nā modo triplicem. Dio. Hoc quidem modo
nam si unus in cœlo existit. tu uero apud nos imago. Cor-
pus autem apud tumulum iam in puluerem uersum hæc tria
iam confecta sunt. Animaduertas igitur uelim quem tertiū
corpore esse intelligas patrem. Her. Audax es atq; sophista.
sed quod nomen tibi est: qui huc aduenisti? Dio. Diogenis
sinopei imago ipse autem per ipsum Iouem minime cum
diis me immortalibus: sed cum mortuorum optimis consti-
tui Homerū atq; huiuscemodi fabulas deridens.

Luciani Virtus dea locutores. Virtus. Mercurius. Mer.



irtus dea per epistolas orauit modo ut se irem. Eo
percontes quidnam me uelit illico ad Iouem redi-
bo. Vir. Salue Mercuri ago tibi gratias: quādoqui-
dem tua in me pietas atq; benignitas efficit ut non penitus
despecta ab omni cœtu deorū sim. Mer. Expecto quid nar-
res tu modo per breues narrationes facito. nam edixit ut cō-
festim ad se redire Iuppiter. Vir. Etiā ne tecū nobis non li-
cebit nostras erumnas exponere. Quos igitur habebo ulto-
res iniuriarum si non modo apud ipsum maximū Iouē: ueq;
& apud te quē semper in fratris locū habui: colui: obseruauit
condolendi facultas negatur. O me miseram ad quos confu-
giam. Vnde auxiliū petā. Me quidē cum ita despiciar malo
esse truncum aliquē q̄ deā. Mer. Tandē effare dum præbeo
operam. Vir. Vidē q̄ sim nuda & feda? Hoc ita ut sim efficit
fortunæ deæ impietas atq; iniuria. Aderā sane ornata apud
elisios campos inter ueteres illos amicos. Platonē. s. Socratē
Demosthenem: Ciceronem: Archimenidam: Policerem: Pra-
xitelem: & eiusmodi uiros doctos qui me dum uita; agebāt

piissime atq; religiosissime coluere. Interea loci cum iam nō
pauci salutatum ad nos aduolassent e uestigio fortuna dea
insolens: audax: temulenta: procax: maxima armatorum tur-
ba consep̄ta atq; stipata properans ad nos iactabūda: en-
quit plebeia tu ne maioribus diis aduentantibus non ultro
cedis? dolui iniuriam nobis immeritis eo pacto fieri. Ac nō
nihil ira concitatam inq; neq; tu maxima dea his uerbis me
plebeiam efficies neq; si maioribus cedendum est tibi turpi-
ter credendum censeo. Illa uero illico in conuitiū sese ef-
fert aduersum me. Prætereo hic quas cōtumelias in me pri-
mum dum hæc inter nos geruntur effuderit: iccirco Plato
philosophus cœpit contra nōnulla de deorum officiis dis-
putare: illa ex candescens apagite hinc uerbose inquit. Nō
enim decet seruos deorum causam suscipere. cœperat & Ci-
cero orator plura ualle suadere at ex turba armatorū erripit
Ant. Antonius præpotēs latera illa sua degladiatoria ostē-
dens: grauissimūq; pugnum in os Ciceronis iniecit: hinc cæ-
teri mei amici perculsi metu: fuga sibi propere consulere:
neq; enim Policletes poplites peniculo aut phidias scal-
phro. aut Archimenides oroscopo: aut cæteri inermes ad-
uersus audacissimos armatos eosq; p̄dis atq; homicidiis suc-
tos bello ad sese tuendos ualebant ergo me infœlicissimam
ab ipsis diis omnibus qui tum aderant atq; hominibus deser-
tam pugnis ac calcibus totā cōfregere: uestes meas diripue-
re: in lutū p̄stratā reliquere: demū abire ouantes. Ego uero
ita cōfecta cū primū licuit cōscēdi huc ut. I. O. M. his de re-
bus facerē certiorē iam quidē mihi ut intromittat expectāti
mēsis elapsus est dūq; id ut in petrē oēs deos exeuntes atq;
redeuntes p̄cor nouas semper aliquas excusationes audio.
Aut. n. deos aiunt uacare ut in tēpore cucurbitæ florescant.

Aut curare ut papilionibus alæ perpulchræ pictæ adsint.
Quid igitur? ne uero aliquid semper habebunt negotii quo
nos exclusas teneant ac floccipendant. Tu etiam & uilicus
suscepit curam dudum ne cucurbitæ siti pereant. Nos tamē
neq; diis neq; hoib; cordi sumus. Has obres te iteꝝ atq; ite
rū precor: obtestorq; Mercuri q; semper apud deos ipsos in
tepres extitisti: & ut causam hanc meam iustissimā atq; piis
simam suscipias. At te confugio: te supplex oro in te omnis
mea sita est spes: atq; expectatio. Da quæso operam ne dū
a uobis excludor ipsis quoq; mortalibus sim ludibrio. Nam
erit quidem dedecus deorum ordini: ubi homunculi me tā
& si infirmam deam floccipendant. Mer. Audiui: doleo: ue
rum pro uetere nostra amicitia unum admoneo duram ni
mis atq; difficilem causam te aduersus fortunam suscepisse.
Nam & Iuppiter ipse ut cæteros omittam deos: cum se ab
accepta beneficia nimium fortunæ debere sentiat: illius ui
res atq; potentiam ueretur. Ea enim ad cœlum diis ascen
sum præstitit: atq; ubi uelit ualēs sua armatoꝝ manu eiiciet.
Qua de re si sapias inter plebeios deos ignota quo ad fortu
næ odium extinctum sit latebis. V. Aeternum latitandum est
ego & nuda & despecta ab eo.

Luciani carmina heroica in amorem.



Erdiderat natū genitrix cythera uagan̄tem
Anxia sollicito quem dū per compita passu
Quærit: ab excelsis tales canit agere uoces.
Errabunda meus uestigia forte cupido
Qua fugiens tulerit: quisquis monstrat aperto
Indicio: huic merces ueneris libanda ferentur
Oscula: captiuum si quisq; aduxerit: illi

Mox aliquid gaudens ultra dabit oscula mater.
Quot reperire queas puerum. bis dena dabuntur
Signa tibi cautus memori quæ mente recondes
Huic non candor inest: rubor igneus inficit omne
Corpus: & ardescunt acri contenta nitore
Lumina nec dulces sequitur mens subdola uoces.
Quippe hyblæa sonus uincit dulcedine mella
Sed male fallaci respondent pectore sensus.
Feruendus accensa si quando exestuat ira
Indumitos animos gerit: immanis uetaq; corda.
Seducit uerbis: nec uera fatebitur unq̄.
Est puer ille quidem magno sed prouidus astus
Ludit & interdum: sed ludens seria tentat.
Dependent humeris crispis certo ordine crines:
Nec pudor audaci: nec inest reuerentia uultu.
Sunt illi paruaq; manus: paruiq; lacerti.
Sed tamen exiguo longos de corpore iactus
Dirigit: ima ferum telo sub tartare ditem
Percolit: & regem manes sensere subactum:
Candida cum stygio rapta est proserpina curra.
Corpora nuda gerit nullo uelamine textus:
Verum animus uario prudens ornatur amictu.
Præterea aligero suspendens membra uolatu
Hinc nymphas petit inde uiros: ultroq; receptus
Visceribus sedem sibi ponit & ossibus imis
Est breuis huic arcus: sed quo fatalis arundo
Vsq; sub astra suum seruat propulsa tenorem:
Auratam cernes humero pendere pharetram:
Pestiferosq; intus calamos: quibus impius ille
Ipsi sæpe mihi lætalia uulnera fecit.

Omnia sœua quidem: sed cunctis sœuius illud.
Dextra facem uibrat: miseræ quæ iacta medullas
Pascitur: hæc ipsum solem succenderet æstu.
Hunc si nexilibus poteris constringere nodis
Due arcte uinctum: ne tu miserere precantis:
Quauis aspicias manantia lumina fletu
Decipiare caue: nec si ridentia cernas
Ora: graui iubeas laxari uincula nexu:
Quod si te blandis inuitet ad oscula uerbis
Effuge: nam. labris certum est habitare uenenum.
Si uero facili promittet munera uultu
Telaq; gnosticosq; arcus: pictamq; pharetram:
Noxia dona time: quicquid tetigere perurunt.

Luciani Timon. locutores Timon: Iuppiter: Mer. Di-
uitiæ: Paupertas: Gnatonides: Philiades: Demeas: Thrasyl-
cles: Blepsias.

Iuppiter amabilis: hospitabilis: amicabile: uestalis
fulgurator: adiurabilis: collector nubium: tonitruū
opifex: & si qd aliud te altissimi poeta uocat: præ-
sertim cum tuo ad eorum carmina fauore indigent. Tūc. n.
illis multoꝝ nominum factus metri ruinam sulcis: ac hian-
tia supples. Vbi nunc ualde resonans fulgur & grauis fre-
mitus tonitruum: ardēsq; ac luculentum & terribile fulmen:
quippe omnia hæc: præter solum nominum strepitum: de-
liramenta & famus uere poeticus uidentur: tua uero famosa
& procul missilia promptaq; arma: nescio quomodo frigi-
da facta prorsus extincta sunt. Quispiã ergo ex his qui per-
iuria ppetrãt ferelychnū citius timuerint: q̃ fulminis cuncta
domãtis flãmã: adeo semiustū quẽdã stipitem uibrare uide-
ris ipsis: ut ignẽ quidẽ uel fumū ex illo nõ metuãt: solū aut

hoc se cõsecutos putent ex uulnere q̃ fuliginẽ pleni sint. Iã
itaq; tibi pppterea Salmoneus retonare ausus te nõ falso cre-
dit sic ad iram frigidum: idq; merito quū ueluti super man-
dragorã dormias: qui nec periuros audis: nec iniusta operã
tes attendis: ea quæ fiūt temnis: auresq; ceu decrepiti obstru-
sas habes. Quū enim iuuenis eras uelox & uiuax ad irã mul-
ta aduersus iniustos ac uiolentos agitabas: nullæq; tibi erant
feriæ: nunq̃ uacabat fulmen. egis etiam quassabat: tonitrua
murmurabant: & fulgura ceu iacula quẽdã inter consertas
hostiū manus sine intermissione iactabant: motus uero ter-
ræ frequentes: nauiūq; cumuli: ac saxæ grandines utq; tecū
graue loquar ipetuosi himbres & ualidi spumãtiaq; flumina
Itaq; huiusce tẽporis in momento naufragia sub Deucaliõẽ
facta sunt. ut substernantibus cunctis qui submersi fuerant
una uix arcula illisa littori saluaretur sauilla humani generis
regenerationem maioris uicii seruatura? Meritas ergo desi-
diã pœnas luis: cum tibi hostias uel coronas: nisi forte quis
in olympicis non religione aut uoto sed uetusto quasi quo-
dam more: nemo iam offerat. Teq; o diuū atq; hominū rex
sublato paulatim honore Saturnium esse dicunt. Quotiẽs
iam tẽpla tua expoliarunt: nõnulli quoq; tibi in olympiadi-
bus uiolentas iniecerunt manus. Tuq; altitonans: uel ad susci-
tandos canes: uel ad uicinos inuocãdos: ut cum clamore ci-
tato gradu illos cõprehenderunt: adhuc paratos ad fugã pi-
ger extitisti. Quin tu fortis: gigãtūq; deletor: ac titanum ui-
ctor sedebas intortam cæsariem ab illis tondebaris undeciꝝ
cubitõrū fulmẽ tenēs dextra. Hæc itaq; o admirãde quousq;
cessabunt adeo sine cura inspecta: quãdõue de tanta iniuria
pœnas sumes? Quot Phaetõtib; & Deucalionibus opus
esset ut tam ingentis contumeliã ultio digna sumeretur.

Cæterum ut omissis publicis propria dixerim: quot athenienses in sublime extuli: illustrauiq; diuitiis: ac incunctis necessitatibus adiuui: repentinis quoq; ad beneficium amicorum opes effudi: postq̄ uero propterea inops sum factus ab his qui paulo ante me cum timore mirabantur & colebant: nūtuq; pendebant meo tanq̄ ignotus uilipendor. At si carpēs iter obuius eis fiam ueluti: quandam statuam diu mortui supinam & multo prostratam tēpore prætereunt. Qui ue quū me procul aspexerint infauitum ac inexecrabile quoddam omen se uidisse arbitrati: quē pride; saluatorē esse dicebant & benefactorem diuertunt. Itaq; ac malorū mole p̄ssus Endromide tellurē colo quattuor obolorum mercede contentus & hac solitudine bidenti operādo? Sed pro lucro mihi pono si deinceps nō uideo q̄ plures indignos fœliciter agere. Nam hoc me uæhementer coquit. Quando igitur o Saturni Rheaq; nate altum hunc sempiternumq; soporē excuties. Iam enim ultra Epimenidē dormuisti fulmenq; quæties aut ex Oeta facta ingenti flamma ostēdes iram fortis & adolescentis Iouis: nisi forte uera sunt: quæ de te tuoq; sepulchro cretes fabulantur. Iup. Quis est hic o Mercuri qui ex attica ad hymeti radices uociferat̄ totus sordidus ac squalens & amictus Endromide incuruatus arbitror terram sordidit: homo loquax & temerarius. philosophus ne est? Neq; enim aduersus nos tam impia atq; execranda iacularetur uerba. Mer. Quid ais o pater? ignoras ne Timona Echecrati di de Colytteæ? hic est qui quondā diues sæpe nos sacris insolēniis centū cibauit tauris. & apud quem consueuimus splendide in iouialibus epulari. Iup. O mutationem bonus ille diues? circa quem tot amici? quæ igitur passus est? squalidus: miser: effossor: mercenarius: & (ut apparet)

tam graue tractans bidentē. *Mer.* Illum (ut ita dixerim) benignitas: & humanitas: ac erga oēs indigos miseratio: utq; uerius loquar consuetudo: & amentia: prodigalitasq; sic cōtriuuit: qui haud intelligebat quid esset adulatoribus & lixis gratias impendere. A tot uero tantisq; uulturibus infœlix ep̄ar corrosus amicos suos ex beniuolentia quam ad eū ob uoracitatem habere simulabant eos arbitrabatur: qui denudatis obessiq; ossibus medulam si qua inerat exorbebant: & postquam suma cum diligentia hoc fecerant abibant illum aridum abscissumq; radicitus deserentes: nec amplius cognoscētes aut aspiciētes: unde nanq; dixerim eos impedisse auxilium uel gratias egisse: ob hoc itaq; amictus Endromide ac bidēte armatus præ pudore urbe derelicta mercede: ut uides factus agricola: malis indignatur q̄ ab illo ditati ipsum quodā cum fastu prætereunt nomē Timonis ignorantes. Iup. Haud negligendus est uir: infortunio quippe suo irascitur non imerito. Nam & nos similiter profanis illis adulatoribus faciemus: minime obliti uirū qui tot taurorū femora & caprarū adipēs nobis super aras adolere consueuerat. Adhuc enim olocaustorū nidorem in naribus habeo. Verum propter occupatus uarios ac deierantiū tumultus: & uim atq; rapinas facientium ob metum quoq; sacrilegia perpetrantium (Multi quippe & ineuitabiles hi sunt q̄ ne uel parum per oculos claudam sinunt) multo iam tempore atticam non despexi. Præsertim ex quo philosophia & uerborum contentiones multiplicata in illa sunt. Quū enī inuicem licigent & clament audire nota nequeo: sic ut obstrusis auribus me sedere præstet: q̄ obteri ab ipsis: qui nos uirtutem quādā incorpoream deliramētisq; simillimam forte magna uoce confirmant. Et ideo cōtingit ut hic a nobis

neglectus sit qui certe malus non est. Caterum o Mercuri as
sumptis diuitiis ad illum uelocius accede. Diuitiæ uero secū
ducant thesaurum amboq; apud Timonem maneant nec
sic facile abscedant q̄q̄ præ benignitate illas ex domo rur
sus expelleret. De adulatoribus uero illorūq; ingratitude
postea deliberatum meritaq; pœnas dabunt dum interim
fulmen reficio. Fracti nanq; & obtusi sunt duo eius radii ma
ximi quando ambitiosus illos pauloante ego acui cōtra so
phistam Anaxagorā qui suis familiaribus persuasit nullos
omnino nos esse deos. Sed ab eo aberrauit: super ipsum nāq;
Pericles suam posuit manum: fulmen autem Anacæum ir
ruit. illudq; incendio flagrauit atq; ipsum paulominus cōtri
tum est ad petram. Cæteris illis ingens tormentum erit: si ti
monē diuitē uiderint. Mer. Quantū fuit querulum impor
tunūq; & audacē fuisse. hi quippe soli iudicia tractant. En
continuo ditissimus ex inope Timon erit: eo q; clamauerit
ac fidenter orauerit: Iouēq; ad sua uota conuerterit. q; si cu;
silentio tellurē offodisset: adhuc incuruus foderet a Ioue de
relictus. Diui. Ego quidem o Iupiter nunq̄ ad illum redeam.
Iupiter. Quare o bene diuitiæ præsertim quum id iubeam.
Diui. Edepol quia me cōtumeliis affecit ac expulit: meq; pa
tris sui amicam partitus in plura est: deq; domo quibusdam
quasi (ut ita dixerim) furcis eiecit haud aliter q̄ ii qui e mani
bus ignem excutiunt. Redibo ne inter parasitos & adlato
res ac meretriculas rursus diuidēda? Ad illos me mitte Iupi
ter qui diuinū munus intellecturi me fruituri sunt qbusq;
desiderabilis atq; in preciosum. Hi uero ardeis similes cum
paupertate quam præhonorant simul sint sumptaq; En
dromide cū bibente gaudeant miseri quattuor assuum mer
cede: qui decem talenta sine meditatione largiuntur. Iupp.

Nil tale deinceps operaturus est Timon bidens quippe il
lum: nisi forte renum dolorem penitus nō sentit: apprime
castigauit: ut te necessario paupertate prælegat. Cæterū mi
hi semper de his uisa es queri: quibus nunc incusas Timonē
qui foribus aptis libere te uagari permisit nec te reclusit aut
tui Zelotipus fuit. Nōnunq̄ uero aduersa cōtra diuites que
rebare te quibusdam seris ac uectibus signorūq; impressio
nibus inclusam usq; adeo detinentes ut te erigere in lucem
non ualeres. De his itaq; lamentata es q; multis in tenebris
pene suffocabere: & ob id nobis pallēs curisq; plena uncisq;
articulis præ assiduitate comparatorum uidebare si tempus
se obtulisset discessura. Graue nanq; tibi uisum est ut aneo:
aut ferreo thalamo: ceu altera Dane ab auarissimis iniquissi
misq; pædagogis usuris & computationibus enutritam uitā
agas. Itaq; illos intolerabilia tibi irrogare dicebas: qui te ul
tra modum diligant: dumq; liceat frui nequaquā audeant siue
quum dñi sint amore nō utant: sed multis cū uigiliis signa
custodiant claustraq; immotis oculis obseruent proq; ma
gno fructu ducant si fructu careant: neminiq; communicent
ceu canis in p̄sepio qui nec ordeum comedat nec exurien
tem equum manducare sinat. Rursusq; auaros & custodes
iridebas quid haud nouerant nequam seruum: aut dispen
satores: aut furciferum clam subitum & contumeliis af
fecturum infœlicem: ac immitem dominum ipsumque ad
nigram angustique oris incernulam: stappasque sitien
tes usuris uigilare dimissurum quo pacto igitur nonnun
quam ista tua querella est? Diui. At si uerum percuncta
ris Iuppiter utcunq; non sine ratione fecisse uidebor
tibi. Hac nanq; Timonis permagna remissio: negligensq;
nulla profus in me beniuolentia tibi uideret. Rursus qui

me hostiis ac tenebris clausam seruāt ut pinguior fiam: nec me contrectant: aut in lucem agunt: amentes iniuriiq; arbitrato meo sunt: utpote qui me de ipsis benemeritam tantis in uinculis putrefieri compellant. ignariq; non multo post tempore abibūt: me cupiā fortunato relinquētes: Nec illos igitur neq; ipsos pdigos mei laudauerim: sed eos qui: ut dignū est: modū rei ponūt. Nec omnino abstinentes nec prorsus abiicientes. Ceterū quāso Iupiter si quis formosā adolescentulam lege, ducat uxorem: postq; nec illius custodiam gerat aut zelum habeat permittens ut die noctuq; quo uelit eat: cūq; illā uolētib' simul sit: in superq; moechos ipsos adducat & patentibus ianuis leno fiat, omnesq; ad illam uocet an hic amare uidebitur? Non equidem arbitror Iupiter tu qui saepe amasti hoc dicturus sis. Siquis uero contra libera ac liberali muliere in domum legitimā traducta filiā arātis admet: ac uiuidā formosāq; uirginis sperāt amplexus: nec uideri illam sinat, sterilemque & absque liberis uirginitatem seruare compellat: hocque faciat amare sic afferens: idque indicet & pallor: & macies: & oculi concui: nonne hic uidebitur insanire quum opus esset nuptiarum fructu procreationi liberorum indulgere? Sed decorum uultum sic exterminet: puellāq; formosam ceu alteram Cereris sacerdotem per oēm uitam nutriat. Ita & ego ignosce quū absq; honore a quibusdā calcitrer auidisq; immergar faucibus & effundar. A nonnullis uero ueluti seruus nigritibus liuoribus castigatus tractet. Iup. Quid igitur aduersus illos indignaris? Vtriq; enim meritas pœnas dabunt & hi quidem ceu Tantalus sitientes atq; ieiuni solumq; auro faucibus inhabitantes. Alii uero haud aliter q̄ Phineus rapta ex gutture ab harpyis esca. Sed ad Timonem uades illum

illū penitus sobriū reptura es. Diui. Ille enim quādo q̄scet festinat exhaurire me tanq̄ ex cophino perforato anteq̄ tota influam studens proccupare affluentia: ne ego affluens plus q̄ ille possit exhaurire eum inundē? Quare ad danaidū doliū aquam ferre mihi uideor: & frustra exhaurire uase non tolerante: sed effundendo id quod affluit ante prope q̄ influxerit: adeo est latus hiatus hydriæ ad effusionem: & exitus liber. Iup. Igitur nisi obturaueris hunc hiatus & semel tantum euolans: te breuiter effusa: in doli fecerit Endromidē ac bidentē rursus inueniet. Sed abite iam tandē diuitēq; illū facite. Tu uero Mercuri tuo in reditu memor esto ab ætæ ad nos ducere cyclopes: ut fulmen acuant quū eius acumine opus sit. Mer. Abeamus o diuitiæ qd hoc est? claudicans me o generosa: hætenus latuisti quū cæcasis & clauda. Diui. Non semper hoc Mercuri: sed quū ad aliquē imperio Iouis accedo: nescio quo pacto tarda sum: & utrūq; clauda pedē: ut uix terminū attingā: ac ut nōnunq̄ senio confectus sit: qui me manet. Quū uero discessura suz uolucré uidebis ac somniis ociorē. Simul ergo flagellū cecidit. & ergo iam uicisse pdicor stadio transito plerūq; etiā his qui ad spectaculum sunt nequa q̄ cernentibus. Mer. In hoc aperte mētita es multos quidem tibi nominare possem qui externa die nec asse quo laqueum emerent habebant. hodie repente locupletes effectos: albos ducere biuges qbusq; aliquando nec asellus erat: nunc rubenti amicti purpura & manibus auro micantibus incedūt uix credētes (ut arbitror) q̄ nō in somniis diuites facti sunt. Diui. Secus est Mercuri. Neq; enim pedibus tunc uado meis: ad illosq; nō Iouis: sed Ditis imperio qui est magnificus diuitiaruz elargitor accedo: quod ex ipso nomine liquere potest. Quū autē opus est ut de altero in altero

tranſeã tabellis imiffam & accurate ligatã ſublatã tráſſerũt
& is q̄ mortuus é in aliq̄ domus tenebroſa parte iacet ueteri
linteo tectus ſuper genua p̄ quo more catino pugnat̄. Qui
uero me habere ſperãt in foro hiãtes ceu hirũdinẽ circũuo
lantẽ ſtridulus nidus expectat. Quũ aut̄ ſignũ ablatũ: uincu
la fracta: apertã tabellã nouũq; dñs publicatus fuerit: ſiue
cognatus: ſiue adulator: ſiue miniſter ſclerũ ex cõpedibus
honoratus: adhuc barbã rafus ob multiplices & diuerſas uo
luptates: quas olim extraneus illi ſuppeditauit ingẽti accep
ta mercede: generoſus ille quicũq; fuerit me raptis tebellis
currit exportans p̄ Pyrrio uel Dromone uel Tibio ſiue Me
gacles aut Megabyzos aut Protarchus nomẽ habeat: illis
nequaq̄ hiãtibus ſeq; alterutrũ intuentibus derelictis uerũq;
luctũ agentibus: utpote quibus de pfundo ſagenã gremio
ingens Thynnus effugit qui nõ modicũ deuorarat elcã. Cã
terũ is qui me repẽtinus inuaſit: ignarus boni duratũq; la
boribus: homo adhuc horrens cõpedes: ac ſi quis tranſiens
cũ flagris cedebat auicula arrigẽs aures molendinũq; ceu re
gale palatiũ uenerãs: nõ amplius tolerabilis eſt his qui obuii
fiunt: ſed & liberis cõtumeliã irrogat: & cõſeruos uerberib⁹
cedit: licet eiufmodi expertus ſit: quoad in meretriculã quã
piã inciderit equoſq; mittat uel ſe adulatoribus dedat q̄ illũ
iurẽt & formoſiorẽ Nereo: & generoſiorẽ Cecrope ſeu Co
dro ac prudentiorẽ Vlixẽ: & Croeſo ditiorẽ: ſex & decẽ in tẽ
poris momẽto miſer effudit talẽta: quã multis cũ periuriis
& rapinis atq; fallacis fuerant paulatim cumulata. Mer. Cõ
munia pene ſunt iſta quã narras. Cãterũ cum tuis ipſa pe
dibus incedis quomodo cãcã uiam inuenis? Aut ad quos te
Iuppiter miſerit: quũ illos dignos eẽ iudicat: ut diuites ſiãt

noſti. Diui. putas ne me inuenire qui ſint hercle non ſemper
neq; enim Ariſtide relicto ad Hipponicũ aut Calliã accede
rem: cõpluresq; alios ex Athenis qui nec obolo digni ſunt
Mer. Verũ quũ fueris deſtinata qd̄ agis? Diui. Nunc ſurſum
nunc deorſum circũiens erro donec in aliquẽ incidam qui
nõ intelligat: quicunq; uero mihi obuiã uenerit me ſecũ ab
ducta uenit teq; pro in effabili inſperatoq; lucro pronus eat
Mer. Iuppiter ergo decipit̄ putans te (prout ipſi uideſ) di
uites facere eos quotcunq; dignos duxerit qui ditent̄. Diui.
Imo maxime: nec imerito o bone qui quũ me cãcã uideat:
mittat querere rem adeo difficilis laborioſãq; inuentionis
& multo tempore abſcõditam: quã neq; Lynceus facile in
uenerit adeo terrã & paruã. Igitur cum bona tam pauca ſint
mala uero plurima urbẽq; cunctas occupẽt: facile i huiſce
incido: ab illiſq; irretior. Mer. Prãterea quomodo relictiſ il
lis facile auſugis ignorans uiam. Diui. Quippe ad fugã dũ
taxat acuto lumine cerno pedibuſq; integra ſum. Mer. Item
uelim reſpondeas mihi quomodo cãca quũ ſis (pace dixe
rim tua) & pallida grauĩq; cura: tot amatores habeas teq; cũ
ãi mirẽt̄ ſeſe felices autumẽt: ſi te cõſecuti fuerit q̄ ſi n̄: uita
odio ſit. Noui igĩ q̄ plures adeo amatores tui ut i altũ pelagũ
ſe præcipites dederint: deq; ſaxis ſolem ipſã uertice pul
ſantibus a te cõtẽmni exiſtimantes. Quoniã ab initio illos
non uideras. Sed ſcio q̄ & tu nõ inſiciabere: ſi qua tibi mēs
eſt illos inſanire qui hoc amore inſaniant. Diui. An putas ut
eis qualis ſum uidear uel clauda uel cãca aut cãtera quã in
ſunt mihi huiuſmodi? Mer. Et quare non & ipſi oĩo cãci
ſũt. Diui. Cãci had̄ quã ſũt ſed amẽtia errorq; qb⁹ nũc oĩa
plẽa ſũ illos obũbrat. ego quoq; ne p̄ſus d̄formis uidear ſũ

pto personatu quodā amabili:auro gēmisq; distincto uariis
induta: illis obuiam uenio:q; personā cernere arbitrati meā
decorē amant:pereuntq; nisi consequantur:quod si quis to
tum denudauerit meq; illis ostenderit cōstat utiq; sese accu
satum ire qui nō acutis luminib⁹ talia intuitus res minime
amādas deformesq; amauerit. Mer. Cur igitur diuites effcēti
iteꝝ fallunt? ac si quis eos diuitiis priuare cōtēdat cernis ca
put:q; personatū abiiciant? Neq; enim licet eos tunc ignora
re quasi forma superlata sit quū omnia introrsus inspexerit
Diui. Mercuri etiā ad hoc me pauca adiuuant. Mer. Quā?
Diui. Nam si quis primo ad uotam apertis me ualuis admi
serint. Ambitio: ignorantia: iactantia: mollities: contumelia:
error: ceteraq; huiusmodi una mecum introeunt. Itaq; infœ
lix animus ab omnibus captiuatus nō admiranda miratur.
& appetit fugienda: meq; omniū matrem malorum illis cir
cunductā stupet: uniuersaq; potius mala pataretur: q̄ me rei
icere substineret. Mer. Quū si res quādā maxime delicata
& lubrica: & fugitiua: nullumq; certum porrigens capulū
sed anguilla: uel serpens inter digitos effluas (nescio quo
pacto) inopiam uisco plena & captu facilis inumerisq; ha
mis absita. Sed dū interea ambagib⁹ intenti sumus res haud
parua delituit. Diui. Quā? Mer. Thesaurū enim quo potis
sime indigebamus non attulimus. Diui. Hac parte confide
in terramq; semper illo relicto ad uos uenio monens ut
intus hospitia maneat: neminiq; aditum pandat: nisi me uo
cante adierit. Mer. Jam atticam deuenimus. Proinde sequere
me palium tenens: donec terminū attigero. Diui. Bene agis
Mercuri manu me ducēs. Si. n. sola uager in Hyperbolū uel
Cleonem forsitan incidā. Sed quis hic strepitus ceu ferrum
ad silicē? Mer. Timon hic ppe montanā lapidosamq; tellu

rē bidēte ferit: proh & paupertas adeſt: & im probus labor
tollerātia quoq; ac sapiētia: & fortitudo: Ceteriq; oēs quos
fames erudiit longe præstantiores q̄ satellites tui. Diui. Ve
quid ergo Mercuri uelociter nō abimus? Nihil. n. dignū fa
ciemus ratione cum uiro qui tali est stipatus exercitu. Mer.
Haud hoc uisum est Ioui: nō ergo timeamus. Pau. Quo hāc
Argi peremptor manu reducis? Mer. A Ioue huc ad Timōa
mittimur. Pau. Nūc diuitiā ad timonē accedūt quē ego olī
male in delitiis habentē assumpsi: & his sapiētiā scilicet &
labori uirū fortē tradidi: p̄tioq; multo dignū feci. Ita ne? ego
uobis irridēda: iniuriisq; digna sum uisa: ut mihi hanc solam
possessianculā auferre uelitis quā cū summa cura ad uirtu
tem usq; percolui: quē quū diuitiā rursus assumpserint cō
tumeliis superbiā tradant? similem q; priori effcēminatū ac
degenerē & insanū efficiāt mihi rursus lacera ueste obsitūq;
reddāt? Mer. Sic Ioui placitum est. Pau. Abeamus itaq; o la
bor: & sapiētia: uosq; ceteri seqmini me: hic uir forte cogni
turus est qualē reliquit me cooperatricē optimā & magistrā
uirtutū: cū q̄ illi fuit semp̄ mēs sana in copore sano: uiriq; du
xit uitā: seq; respexit: ac superflua & multa eiusmodi aliena:
ut sunt dixit. Mer. Abeūt. nos autē adeamus. Ti. Qui estis o
maledicti uel quid quærentes huc uenistis uiro agricolā mo
lestiā illaturi? Sed abire potius cū malo execranda cohors
aliogñ in uos glebas & lapides iacio. Mer. Absit Timon ne
iacias: nō enim mortales ferires: ego qdē Mercurius suꝝ ista
uero Diuitiā misit autem nos Iuppiter uotis ante uertens
tuis. Itaq; bona cū fortuna accipe diuitias & a laboribus re
quiesce. Ti. Ploraturi estis licet dii ut ait: q̄ ppe una oēs &
deos & homines odi: hāc uero cæcā quæcūq; sit bidēte pul
sabo. Diui. Ad Iouem redire consilium est o Mercuri. Hic. n.

homo ut uidetur non mediocriter insanit: ne quid igitur ma-
li ultra recipiam habeo. Mer. Nihil inhumanū agas Timon
quin hac tua omni feritate deposita protēde manus: bona
cape fortunam: iterūq; diues esto: atheniensūq; primus ac
despice ingratos illos solus foelix. Ti. Nihil nobis opus est
nolite mihi molesti esse: hic bidens mihi copiosa diuitia
sunt. Ceterū fortunatissimū me fore arbitror si mihi nemo
sit proximus. Mer. Sic o amice inhumane utq; uerius dixerī
impie crudeliter: ac pertinaciter agis: merito: forsan hoies
oderis: a quibus tanta perpeffus es: cur uero deos odio ha-
beas ignoro: qui tantā de te curā gerūt. Ti. Tibi uero Mercu-
ri: Iouiq; de cura quā erga me habuistis gratias ago: has uero
diuitias nunq̄ admissurus sum. Mer. Quamobrem? Ti. Quia
olim mihi mille malorum causa fuere. Quae & adulatoribus
me tradiderunt: exposuerunt in siriis: odium suscitarunt: uo-
luptatibus corruerūt inuidiosum reddiderūt: tandē repēte
infideq; ac (ut uerius loquar) pditario quodāmodo deserue-
runt. Optima uero paupertas laboribus me uirilibus exer-
cuit. Etenim fide ac uirtute mecum obseruata laborāti mihi
necessaria praestitit: superfluaq; illa contemnere. Spesq; oēs
uitā meā ex me ipso perfecit: & quae erāt diuitia meā quas
nec adulator: nec calumniator: nec populus concitatus: nec
sententiam proferens cōcionator: nec tyrannus insidiosus
auferre possunt: ostendit: bona itaq; ualitudine ex laborib;
frētus agrū hunc libenti cum labore colo: Nihilq; eorū quae
sunt in urbe considero: copiosamq; ac sufficiētē mihi ex bi-
bēte farinulā habeo. Itaq; reuersurus abi o Mercuri ad Iouē
Diuitiis tecū ductis. Mihi autem hoc satis superq; fuerit si
iussu Iouis omnem aetatem querellis plenam mortales agāt
Mer. Absit. Timon: neq; enim modo tales omnes sunt que

rellis idonei. Ceterum iracūdiam hanc pueriliaq; ista dimit-
te: sumeq; diuitias: non spernanda sunt Iouis munera Diui.
Vis Timon tecum differam an si tibi loquar indignaberis?
Timon. Dic haud longa tamen & sine proemiis: ut prau-
rhetores: patiar quippe te si pauca dictura es obhunc Mer-
curium. Diui. Forsan opus fuerit prolixo sermone: ut quae a
te sim tam uahementer accusata: uide tamen si quid tibi: ut
ais: iniuste feci quae oblectamentorum tuorum omnium cau-
sa fui: honoris: praelationis: coronarum: ceterarumq; delitia-
rum propter me clarus: & famosus & celebris fuisti: q; si qd
haud gratum ab adulatoribus passus es: non sum in causa:
quin potius ego a te iniuriam passa queror q; me maledictis
uiris absq; honore submisisti qui te laudibus efferebant: &
mentem tuam praestigiosis carminibus alienam reddebant:
mihiq; modisq; omnibus insidias ponebāt & demum a me
proditū asserebas. quū ecōtra ego te possim merito crimina-
ri qui me prorsus expulisti: deq; tua domo praecipitem eieci-
sti. Pro molli igitur clamide hanc te circa Endromidem ho-
noratissima tua paupertas dedit. Mercurius autē hic mihi
testis est q; supplex Iouem obsecrauerim ne ad te rursus ac-
cederem adeo hostiliter a te tractata sum. Mer. Sed nunc ui-
deso Diuitia qualis iam effectus est itaq; fidenter secum
obseruare: tu bidentē ut potes exerce: tu uero thesaurum
sub bidētē subducito: nam is te uocante exaudiet. Timon.
Persuasum iri mihi crede Mercuri iterum fieri diues cupio
Quid enim pateretur qui cū diis uim inferat. Sed uide quae
so in quas res me trudas infelicem ut hactenus beate ui-
xi tantum repente aurum quum nulli iniuriam fecerim
accipiam tantarumq; curarum mole premendus sim. Mer.
Mei gratia quae so patienter feras Timon. quāquā durum

hoc sit & tollerabile: ut adultores illi ob inuidiã crepent:
ego autẽ per æt nam in cœlum reuolabo Diui. Ille ut uidet
abiit. hoc autẽ ex remigo alarũ conicio tu hic mane: ego ue
ro quũ abiero thesaurũ tibi mittam quin fode. tibi autẽ auri
thesaure dico huic timoni obsequere: teq; ipsum permitte
capi: bidẽte percutite timon altum deferens ego a uobis abe
ro. Ti. Age o bidens nũc mihi tuum robur ostẽde neq; de
fatigeris ab intimis terræ uisceribus thesaurũ eruere. O mi
re Iuppiter exultantesq; amici & Mercuri lucifer unde tan
tum auri? Somnia ne sunt hæc? Vereor ne quũ excitatus fue
ro carbones inueniã. Sed aurũ quidẽ est insigne subruffum:
graue: pulchrũ uisu. O aurũ dextra optimaq; res mortalib;
ardens ignis: ut pote qui nocte dieq; fulges: ueni o amantissi
me nimiũq; dilecte. Nũc equidẽ credo Iouẽ aurũ factum eẽ:
nam quæ uirgo aliqũ nõ accepisset tam p̄ciosum amatorem
per tecta dilabentẽ? O Mida: & Cræse: & uota delphica: q̄
nihil fuistis quãtũ ad timonem & timonis opes: cui nec per
sarum rex par fuit: o bidens amantissimaq; Endromis: bo
num mihi uisum est ut uos huic Pani offeram. Ego uero em
pta uniuersa regione hac: superq; thesaurũ structa turri soli
mihi satis uiuam. Ipsum quoq; sepulchrum moriens hoc in
loco uisum habere est mihi Fixa sunt hæc & pro legibus ad
uitæ reliqas cũ nullo uersari: neminẽq; cognoscere: asp̄nari
q; oẽs: Amor uero: & hospitalitas: & amicitia: & misericor
dia: ara ceu nugæ quædã cõmiserari aut lachrymantes: uel
indigentibus auxiliari p̄uaricatio legis morũq; subuersio ui
ta uero solitaria ceu lupis & amicus unus Timon. Alii autẽ
oẽs inimici & insidiatores cõuersari cupiam abominationis
istar: & si qd uideo sinistri oẽs dies illa sit ut breuiter dixerĩ
a stauis lapideis uel eneis nihil distet nullũ inter nos pacis

foedera pcurãtẽ admittamus æternũ nobis nullũ: perpetua
solitudo terminũ inter nos ponat: cõtribules quoq; atq; co
gnati patriaq; ipsa frigida quædã & infructuosa sint nomi
na dementiũ uana iactãtia Timon. Solus dux esto: cunctosq;
despiciat inq; se tãtũ delitiis gaudeat blãdicia: laudũq; pon
deribus liberatus diis immolet: cõuiuia celebret solus sibi &
uicinis & affinibus exclusis reliquiis semel se ipsam dextera
faciẽdo. Si mortẽ obierit sibi met inscribat hæres ad eũ co
rona perueniat: nomẽq; p̄dulce sit. O fors hoĩum & morum
insignis difficultas asperitas: rusticitas: ira inhumanitas: Ac
si quẽ uidero igne flagrãtẽ & ut extingua incediũ supplicã
tẽ oleo piceq; succurã. Si quem uero hyeme cũ impetu tor
rens trahat. isq; proiectis manibus auxiliũ poposcerit: hunc
merso deorsum capite truda: errepta illi sursum leuãdi uer
ticis facultate æquitatẽ iudicii reportet Timon Echecrati
des Colytteus si recursum ad leges habuerit Timon ipse ac
clamante populo sniam tulit. Hæc hæcenus nobis rata sint
istis uiriliter pseueret. Sed satis supq; nota oibus facta sunt
quia prædiues sum. Ipsa quippe res illis forsan laqueus fiat
sed qd hoc o uelocitatẽ undiq; cõcurrũt puluerulẽti: & anhe
lantes: nescio unde aux odorati sunt. Verum igit hoc cli
uo transcenso insequar dextra lapides iaculando. An sic cõ
tra leges agemus qui sumus eis amicitia glutino semel iun
cti ut despecti maioris tristitia stimulis crucient. Hoc enim
præstare arbitror. Iam itaq; illos patienter admittã: Eia ergo
uideamus quis hic eoru primus est Gnatonides adulator a
quo quũ pauloante quippiã postulantem laqueũ porrexit
qui apud me sæpenumero tota uasa uomuerat. sed benefe
cit ad me uenire: nam præ aliis ullulabit. Gna. Nõne dicebã
q̄ dii Timonem haud negligenter uirum bonũ. Salue for

mosissime ac liberalissime timō. Ti. Proh Iupiter tu ne ille
Gnatonides uultusq; oīum edacissim⁹ & p̄ oib⁹ mortalib⁹ cō
sumptor? Gna. Semper fuisti mordacitatis amator. Sed ubi
conuiciū nouum tibi canticum dichyrambum ame nūper
editū deferens uenio. Ti. Hoc pulsatus bidente cātabis ele
gos. Gna. Quid est hoc me uerberas timon te Hercules te
stem uoco e heu accusabo te uulneris ariopago. Ti. Si pau
lis per tardus fueris homicidii forsitan me accusaturus. Gna.
Absit. sed sana uulnus modicum superfundens auri. est enī
ualde restrictiua sanguinis medicina. Ti. Adhuc manes. Gn.
Abeo tu aut̄ minime gaudebis: adeo agrestis ob aurū factus.
Ti. Quis est iste caluus q̄ uenit Philiades adulatorū oīum
spurcissimus: hic aut̄ agrum totū a me cū accepisset: ac filiaē
dotē duo talenta mercedē laudis quia me cantantē tacenti
bus cunctis solus pr̄laudasset iuramento affirmans me cy
